eius iter agentem a accedens in campo secrete dixit: a) agente
Placeat vobis, ut ad vos loquar, domine mi. Indica-
tisque michi quod fuero a vobis percitatus. Cui g
benignus princeps ait: Loquimini confidenter,
et ego quicquid convenienter fuerit revelabo. Dicite
michi, inquid miles, obsecro, quid de filia regis
facere decreveritis, ducetis eam eciam in uxorem
an patri remittetis? Tunc premonstrato, quem
pre oculis habebat, magno monte dixit: Vere,
si hic, quem videtis, mons a radice usque
ad summum aureus esset, hunc ego facilius
contemperem quam Elisabeth coniugium repu-
tarem; senciant alii et loquantur ~~iam ista~~ inaniter
quid iudicant. Tunc miles ait: Scio, mi domine,
ut michi liceat eidem hoc nunciare. At ille
dulciter: Dicite ei, et pro signo quod sibi trans-
misero presentate, proferensque de bursa sua
nobile, quod apud se habebat, speculum duplex nobti
eneis inclusum sedibus, una parte simplex
vitrum et in parte altera ymaginem preferens.
crucifixi; quod dum sancta virgo ab illo nobili
viro oblectanter b suciperet, conceptum inde gau- b) oblactante
dium risu iocundissime propalavit.

[Anno Domini MCCXXIX. beata Elisabeth non cf. 132. Cr. Th. 18, 2.
gaudens de honoribus nec c cupiens reverencias c) nisi
sibi in Wartpergk exhibitas per Heinricum
lantgravium et fratrem suum necnon per
dominam Sophiam, accepta dote sua pingwi,
quam petivit, et sibi libentissime dederant, de
Thuringia recessit et magistrum Conradum, fa-
mosum predicatorem et sanctum virum, se- fi
cuta in Margburgk, de qua civitate ipse erat
oriundus. Quamvis Heinricus et frater suus, lant-
gravii, et mater ipsorum maxime dolerent de